

MEMÒRIES
DE LA REIAL ACADEMIA MALLORQUINA
D'ESTUDIS GENEALÒGICS,
HERÀLDICS I HISTÒRICS

Núm. 21

Memòries de la Reial Acadèmia Mallorquina d'Estudis Genealògics, Heràldics i Històrics
Història: 1^a Època (1953-1955): *Memorias de la Academia Mallorquina de Estudios Genealógicos*. ISSN 1137-6414. 2^a Època (1993-2001) *Memòries de l'Acadèmia Mallorquina d'Estudis Genealògics, Heràldics i Històrics* ISSN 1137-6406.

ISSN 1885-8600

Periodicitat: ANUAL

Editor: *Reial Acadèmia Mallorquina d'Estudis Històrics, Genealògics i Heràldics*.

Academia associada al  Instituto de España

Director:

Dr. Antonio Planas Rosselló, Universitat de les Illes Balears

Consell de Redacció:

Dr. Pedro de Montaner Alonso, Arxiu Municipal de Palma

Dr. Miguel J. Deyá Bauzá, Universitat de les Illes Balears

Dr. Miguel Ángel González de San Segundo, Universidad de Zaragoza

Dr. Fernando Sánchez Marcos, Universitat de Barcelona

Dr. Esteban Sarasa Sánchez, Universidad de Zaragoza

La revista es troba inclosa en el catàleg LATINDEX (www.latindex.org)

Incorporada a DICE

Indexada a les bases de dades ISOC i *Regesta Imperii*

Allotjada a e-Dialnet: <<http://dialnet.unirioja.es/servlet/revista?codigo=12069>>

La correspondència i remisió d'originals s'haurà de dirigir a:

Reial Acadèmia Mallorquina d'Estudis Genealògics, Heràldics i Històrics,

C/ de la Rosa, 3. 07003 Palma de Mallorca.

© dels autors pels seus articles

Reservats tots els drets. Cap part d'aquesta revista pot ésser reproduïda, emmagatzemada en un sistema d'informàtica o transmesa de qualsevol forma o per qualsevol mitjà, electrònic, mecànic, fotocòpia, gravació o altres mètodes sense previ i exprés permís de l'editor de la revista.

Dipòsit legal PM 658-93

Imprès a les Illes Balears per:

IMPRESA POLITÈCNICA

Carrer de Can Troncoso, 3

Telèfon 971 71 26 60

07001 PALMA

MEMÒRIES DE LA REIAL ACADÈMIA MALLORQUINA D'ESTUDIS GENEALÒGICS, HERÀLDICS I HISTÒRICS

ÍNDEX

Antonio Ortega Villoslada <i>De Mallorca al Atlàntico bajo la dinastía privativa</i>	7
Gabriel Llopart Moragues <i>Retazos de vida medieval judía. Documentos mallorquines (s. XIII-XV)</i>	21
Miquel Àngel Capellà Galmés <i>Societats vidrieres i braç noble durant la primera meitat del segle XVI</i>	45
Antoni Contreras Mas <i>Aprender medicina en Valencia: Los estudios del mallorquín Llorenç Fe (1635-1637)</i>	63
Natividad Planas <i>Navegar con rumbo. Actividad corsaria y sociedades insulares en un Mediterráneo “conectado” (s. XVII)</i>	79
Rafael Ramis Barceló <i>En torno a la supresión del connotativo ‘Luliana’ de la denominación histórica de la Universidad de Mallorca</i>	103
Román Piña Homs <i>El testamento de un hacendado xueta de finales del siglo XVIII</i>	121

Francisco Sanllorente Barragán <i>La causa militar 1305 / 936 contra la Masonería mallorquina</i>	139
<i>Memòria de la Reial Acadèmia d'Estudis Històrics, Genealògics i Heràldics</i>	159

RETAZOS DE VIDA MEDIEVAL JUDÍA DOCUMENTOS MALLORQUINES (S. XIII-XV)*

Gabriel Llompart Moragues
Real Academia de la Historia

RESUMEN

El artículo recoge un conjunto de veintisiete documentos inéditos sobre la vida de los judíos en la Mallorca de los siglos XIII y XIV. Un amplio grupo de ellos consiste en contratos de servicio, entre los que destacan los relativos a la enseñanza privada.

PALABRAS CLAVE: Mallorca, judíos, Siglo XIII, Siglo XIV.

ABSTRACT

The article includes a set of twenty-seven unpublished documents about the life of Jews in Mallorca in the XIII and XIV centuries. A large group of them relates to service contracts, most notably those concerning private education.

KEYWORDS: Majorca, jews, S. XIII, S. XIV.

Presentación

Las presentes líneas pretenden presentar una gavilla de documentos de archivos mallorquines, que abarcan los siglos XIII, XIV y XV –pocos los de este último– y que se refieren a una sola temática: la vida de los judíos en la Edad Media en la isla de Mallorca. Estos papeles no han sido objeto de una investigación sistemática sino que han ido apareciendo a lo largo de búsquedas diversamente orientadas, de ahí que emplee en esta publicación el término “gavilla” poco comprometido profesionalmente.

Sin embargo, con ser así la cosa, no pierdo mi propósito de hacer entrar los contenidos de estas piezas en latín notarial y catalán desusado en una presentación de carácter práctico que haga realidad el título de “retazos de vida”.

Recibido el 30 de agosto de 2011. Aceptado el 15 de septiembre de 2011.

* Abreviaturas: ARM (Arxiu del Regne de Mallorca) y su serie AH (Arxiu Històric). ACM (Arxiu Capítular de Mallorca). AMPo (Archivo Municipal de Pollensa).

Así el documento 1 se refiere al primer núcleo judío en la isla recién conquistada y habla de “la Almudaina de los judíos”. Estas viviendas se hallaban al parecer en parte dentro de los muros del barrio de la Almudaina, en parte fuera, justo debajo de los contrafuertes de su muralla. Otros documentos ya publicados se refieren a la “plaça dels jueus” que habría de hallarse hacia los jardines antistantes al palacio March bien entendido que una plaza medieval es siempre una miniatura de una plaza actual. Las casas judías parece que se encaramaban por la parte en la que hoy se sitúa el palacio March del que más tarde sería emplazamiento del convento de dominicos. Piénsese que su iglesia no fue comenzada hasta principios del siglo XIV. Estas casas estaban acompañadas de una sinagoga y fueron paulatinamente compradas por los cristianos como muestra el documento 2, cuyo adquisidor al propietario judío fue el brujuero cristiano Guillem de Cantarelles, cuya presencia (junto al puerto) se ha descubierto hace muy poco.

Alguno de los documentos siguientes (núm. 4) se refiere a edificios de habitación sitios ya en el llamado “*call major*”, que era del rey —mientras que el “*menor o de Nunyo Sans*” llegó a limitarse a la vecindad de la iglesita de Sant Bartomeu (área del actual Banco de España). El último documento que firmó Alfonso IV de Aragón antes de embarcarse en la costa de Andratx en 1285 instaba al traslado de los judíos al nuevo call “major” puesto que éstos se habían ido extendiendo por “la vila d’abaix”. Prueba de ello es que la carnicería judía en el siglo XIII estaba ubicada en lo que hoy es “Plaza del Mercat” y entonces “Santa Margalida la Vella”, abandonada en el mismo siglo por la gente religiosa que subió a la “vila de dalt”

El “call major” era área de la jurisdicción del Temple y de Calatrava, de donde tomaron su nombre las zonas, y sus dos calles principales eran las actuales de Montesión y Sol. Estaba, como se sabe, rodeada de un muro con sus puertas correspondientes. La principal entre las desembocaduras actuales de Montesión, Sol y Call. Aquí vino a ubicarse la carnicería judía al subir a la “vila de dalt” y precisamente en la esquina derecha entrando en la Calle de Montesión. En el piso (“algorfa”) vivía Isaac Nafussí, delegado (“sohafet” y “vodech”) por la aljama para “rabinar” las reses según el rito judío, y en los bajos se hallaba la carnicería judía que pasó después de la supresión del call a ser regentada por Simó Juan, un profesional cristiano bajo la supervisión del mencionado sacristán judío.

Desconocemos aún los nombres de las calles del “Call major”. Había un “Carrer de les Tavernes” en 1332, otro de la época era el “Carrer dels sabaters”. Había algunos que tomaban el nombre de un personaje conocido, como “Carrer d’en Natjar”. Pero la verdad es que en lo que hoy son, todo lo más, una docena de manzanas se implicaba un intrincado laberinto de callejuelas, entre corrales y jardines, a los que los notarios aluden de tanto en tanto nombrándolas con un genérico “Carrer que no passa”. Todavía en Ciudadela ha quedado este nombre inmortalizado en azulejos. No recuerdo si ya le han dado salida.

Los documentos 1-4 se refieren a edificios. Entre ellos hay que destacar el doc. 3 por cuanto menciona dos almacenes o fonduks del puerto, propiedad de las familias

Faraig y Faquim. Los judíos podían tener tiendas fuera de la judería pero no dormir de noche en ellas. En el siglo XV un judío vendía relojes de arena en la llamada “Calle del Mar”. Los comercios no tienen que ver con la judería propiamente dicha. Este es también el caso del doc. 6 que menciona una farmacia llevada por Abraham Vidal y Iucef Vidal, parientes del cartógrafo Cresques Abraham- que aparece en el doc. 26. Dicha farmacia estaba situada junto al “Mercat del Gall” cerca de la obra de la parroquia de San Nicolás y del mercado nuevo, ordenado por el rey Jaime II en la calle Peraires, a principios del siglo XIV.

No se incluye ningún contrato matrimonial, sí en cambio dos relativos a tutorías de niños, los docs. 7 y 8. El primero es curioso por los nombres de los niños de una familia numerosa- Magaluf, Azaron, Dulce, Rafael y Rebeca ben Fatzuat- y el segundo por las compras de ropa para los respectivos tutelados—Maymó, Isaac y Moreima ben Maymó. En esta tanda de documentos no se ha insertado ningún inventario por la razón de que para presentar un interior de casa en vivo, sugestivo, se necesitan conjugar una serie de ellos. Se ve en el doc. 8 cómo se compra la tela para los pantalones y vestidos, los gastos de la cosedora y el importe del calzado. Es increíble lo que gastaban en zapatos o alpargatas los chicuelos de entonces. ¿Sería culpa de los zapateros?...

A una nodriza judía de 14 años (Blanqueta) se refiere el doc. 9, mientras que el doc. 10. trata del contrato de un criado que servirá a Salomon Sussen y el doc. 11 del finiquito de una criada de Mossé Faquim.

Para completar el capítulo casero, he incluido la cuenta de una modista que vestía a Catalina des Portell, esposa de Jaume des Portell, familia muy acomodada (doc. 12). Se llamaba Aster y estaba especializada en sedas.

Los tres siguientes documentos, del 13 al 15, nos presentan la escuela judía en la persona de tres maestros Vidal Samuel, Elias Iucef y Iacob Luqhal. Ninguno tenía local propio. Pasan a vivir con los padres de algún alumno con los que se avienen para traer otros alumnos a fin de estudiar juntos en su domicilio. Hasta 10 alumnos. En un caso el maestro se compromete con el padre del alumno payés a ayudarlo en la recolección.

Encontrar correspondencia privada en el Medioevo no es fácil. De ahí que dos billetes del Archivo de Pollensa -en catalán- que tratan de judíos o están escritos por judíos resultan curiosos, aunque su contenido no pase de banal. Tratan de negocios sobre productos del campo. Los judíos en cuestión son prestamistas que salen con frecuencia en la documentación pollensina (docs. 16 y 17): Sadia Bubu y Abrafim Bolaix. En el doc. 18 se les añade, en Alcudia, Mosse Rapapa.

Los docs. 19 a 22 se refieren a cofradías religiosas dedicadas a ayudar a los pobres de su religión, a la redención de cautivos y a cuidar de los muertos. En algún caso se ve que no tenían local propio y lo usaban de alquiler para sus reuniones periódicas

Los dos siguientes documentos 23 y 24 presentan el contraste de dos testamentos desiguales: el de una persona pobre, Hambroix Habir, y otra rica, Zoaira Faquim. Es curiosa la coincidencia con la obra pía cristiana: para casar muchachas sin recursos y ayudar a pobres desvalidos.

Un documento enviado desde Jerusalén, llegado en 1386, es un acta de procura (doc. 25) en cuya traducción al catalán se esmeró Isaac Nafussí. Le resta un aire oriental, algo así como la presencia de una flor secada entre papel. La interesada se llama Zaharon Natjar (Zaharon significa Flor, y así la debían llamar antes de su ida a Oriente en esta “*Ciutat de Mallorca, la qual Mallorca li bat la mar*”, como dice el documento y ella debió advertir al escribano hebreo).

El doc. 26 atañe al cartógrafo Cresques Abraham. Aquí una mujer llamada Han-nini, detenida en prisión, pide oficialmente en 1347 que se nombre al mismo su procurador en juicio. Es un nuevo aspecto en su biografía.

Estamos con los últimos documentos en unas relaciones internacionales de la judería mallorquina. Por un lado, los viajes a Jerusalén, Alejandría y Beirut de la familia de mercaderes Natjar. Por otro, los extensos conocimientos geográficos de los Cresques.

La situación privilegiada de Mallorca determina el doc. 27, que nos muestra en viaje unas familias procedentes de Argel, encabezadas por dos rabinos Abraham Bittes y Aaron Bonet, que se dirigen en 1479 a Constantinopla. A la sazón la gran ciudad ya era turca.

Y apuntando a esta apertura constante del ghetto insular hacia el Mediterráneo dejamos estos retales agavillados en estas páginas.

Documentos

1

Derribo en la “Almudaina de los judíos” (1247, octubre, 29)

Certum et manifestum est quod Astrug de Marsilia, Habrafim Alger, Mosse Avinzebarro, Iuceff Almocatil, Mayr Bolferag, Perfayt de Marsilia et Regina, uxor Boneti de Cocolibero, accesserunt ad nos G. de Soriano, tenente locum domini Carrocii, et ad nos, A. de Fonte, baiulum eiusdem Carrocii, ibidem supplicantes quod nos daremus licentiam et potestatem diruendi ex toto illas domos, cum suis algorfis, quae sunt Salomonis, fratris cuiusdam Bofil, affachim domini regis, intus Almudaynam iudeorum civitatis Maioricarum, contigue cum domibus Samuel de la Regina, alfachim, et cum domo Habrafim Alger et cum domo Mayr et cum domo dicti Astrug de Marsilia et cum barbacana, versus hortum domini regis, quas domos et algorfas dixerunt et asseruerunt quod minabantur ruinam, dicens eis et domibus eorum sive rebus posset contingere grande damnum, scilicet quod cadere poterant, et domibus eorum magnum damnum posse devenire, secundum quod ibi poterant haec videri.

Unde nos, G. De Soriano et A. De Fonte, prenominati, tenendo locum in Maioricis domini Carrocii, gerens vices illustris domini Iacobi, Dei gratia regis Aragonum, et baiulus eiusdem Carrocii, ibidem videntes et inspicientes, cum pluris hominibus

tan christianis quam iudeis, et specialiter cum Iohanne de Vilarescan, magistro lapidis, certas domos et algorfas fore paratas ruine et exinde, predictis iudeis et domibus eorum sive rebus, grave dampnum posse contingere et, habito proborum hominum consilio, cum presenti scripture testimonio, quia hoc indiget festinatione, ex parte domini regis et suorum, licentiamus et auctorizamus, nos, supradictos iudeos, scilicet Astrrug de Marsilia, Habrafim Alger, Mosse Atvinzebarro, Iucef Almocatil, Mayr Bolferag, Perfayt de Marsilia et Reginam, uxorem Boneti de Cocolibero, quod libere et absolute possitis, de continenti, dictas domos et algorfas suas, de abyssu usque ad caelum, diruere ex toto, antequam dampnum emineat, facientes missiones circa diruccionem dictarum domorum et algorfarum suarum necessarias de tegulis, fusta et lapidibus ipsarum domorum et algorfarum, de quibus omnibus, vos, iam dicti iudei, sitis crediti vestris planis verbis absque placito sacramento et testimonio.

Testes: Robertus de Pulchrovicino, P. Rabacia, P. d'Alcover, G. De Fonte, frater dicti A. De Fonte, P. Gofferandi, Habrafim Fezauch de Saragossa, Iacob Ferrusol, Astruc, filius Boni Pueris et Bonet de Quila.

ARM, ECR 343, f. 225.

2

Venta de una casa judía al brujulero Guillem de Cantarelles (1294, abril, 5)

Abraham, filius quondam Homar ben Ayxic, argenterii, et Zahra, eius uxor, iudei, cives Maioricarum, non dolo, vi vel metu inducti seu seducti neque in aliquo circumventi, immo gratis et spontanea voluntate, per nos et omnes nostros presentes pariterque futuros, vendimus, quisque nostrum in solidum et corporaliter tradimus tibi Guillermo de Cantarellis et tuis sucesoribus in perpetuum, quasdam domos nostras, quas habemus intus civitatem Maioricarum, in portione quondam domini Nunii Sancii, quae nunc est domini regis, ratione emptionis quam inde feci ego dictus Abrafim a Iohanne de Alcoverio et eius uxor Elicsende, ut in instrumento emptionis mee inde confecto continetur, quae Elicsendis, uxor mei dicti Iohannis de Alcoverio, predicta habuit ratione donationis inde sibi facte ab Arnaldo de Pabia, patre suo quondam, tempore nuptiarum factarum inter dictum Iohannem de Alcoverio et dictam Elicsendam, qui Arnaldus de Pabia quondam predicta habuit, ratione acquisitionis quam inde fecit a Guido Pizano, procuratore domini Carrocii, filii quondam comitis Alamandi, in civitate Maioricarum in tota portione sua, qui predicta sic stabilivit, simul cum aliis duobus staticis sarracenicis, tanquam procurator eiusdem Carrocii, quae duo residua statica sarracenicis contigua predictis domibus quae tibi vendimus, dictus A. de Pabia quondam similiter dedit Dulcie, filie sue uxorigue A. de Figuerola et pro quibus facit dicta Dulcia tres solidos et quatuor denarios.

Et tenentur; predicte domus quae tibi superius vendimus, per dominum regem, ad census viginti denariorum regalium Valencie censualium, solvendorum in festo Santi Michaelis, quo censu tu et et tui post quod acapitum factum per A. de Pabia, de predictis domibus, tempore precedente, dictus A. ipsas stabilivit A. de Sancto Poncio.

Et ipse A. de Poncio ipsas domos postea vendidit eidem A. de Pabia, prout haec et alia in instrumentis continetur.

Et affrontant predictas domos, ex una parte, in via publica, et ex alia parte, in hospitiio Ben Farroch, iudei, et ex aliis duabus partibus in hospicio R. de Costa.

Iamdictas itaque domos, prout superius affrontantur [...] tibi dicto Guillermo de Cantarellis et tuis vendimus et corporaliter tradimus seu quasi in eternum, pretio videlicet quinquaginta septem libras regalium Valencie [...].

Firmavit A. Benedicti, baiulus, etc.

Testes: Franciscus Rabacie, P. de Calidis, Antonius de Cardona, Benedictus de Pulcromonte, Maymonus Iuliani et Magaluf ben Iambrani, iudei.

ARM, ECR 353, f. 142v.

3

Venta de un almacén en el Puerto, propiedad de Maymó Faraig (1392, agosto, 16)

Noverint universi quod ego Petrus Salvatoris, conversus, qui dum eram iudeus vocabar Maymó Feraig, non dolo, vi vel metu inductus aut in aliquo circumventus, immo scienter et gratis, per me et meos presentes et futuros, vendo et titulo venditionis corporaliter trado vobis, Petro de Villalonga, mercatori, civi Maioricarum, presenti, et vestris in perpetuum, quandam botigiam scilicet de abisso usque ad primum tectum, situatam intus civitatem Maioricarum in parrochia Sancte Crucis, in quodam vico qui non transit, ante ecclesiam Sancti Iohannis de Mari, in portione videlicet domus antichi hospitalis Sancti Iohannis Hierosolimitani, sub cuius dominio et iurisdictione tenetur ad sextum de laudimio et ad census triginta solidorum, annue solvendorum in festo Sancti Iohannis mensis iunii.

Et affrontatur dicta botigia, ex una parte, cum botigia heredum Iuceffi Faquim, et ex alia parte, cum quodam patuo Antonii de Jovals, et, partim, cum vico nuncupato de Cala Figuera, et, ex alia parte, cum domibus Antonii Tornerii, et ex alia parte, cum dicto vico qui non transit.

Iam dictam siquidem botigiam, prout superius confrontatur, includitur et terminatur cum omnibus integritatibus, proprietatibus, terminis, tenedonibus (...) vobis dicto Petro Villalonga, presenti et ementi pro vobis et vestris successoribus legitimis ad in perpetuum, vendo et titulo venditionis corporaliter trado, ut est dictum, pre-

tio videlicet sexaginta librarum regalium Maioricarum minutorum incameratarum. Quod pecunie a vobis habui et recepi voluntati mee.

Actum est hoc Maioricis, sexta decima die mensis augusti, anno a Nativitate Domini MCCCLXXX secundo.

Signum mei fratris Petri de Sancto Martino, locumtenentis comendatoris in Maioricis domorum dicti Hospitalis, qui hoc laudo et firmo (...).

Testes inde sunt: Bernardus Merola, Mateus de Cumbis et Guillermus Mari.

ARM, Prot. T-661, f. 124v.

4

*Venta de una casa de la judía Zaharon
(1387, julio, 12)*

Die et anno predictis presentarunt faticham domine Francische, uxor Antonii Ebrini quondam, et Luqueto Ebrini, eorum filio, Zaaron, iudea, alias Flor nominata, nomine suo proprio et nomine procuratorio Rafaelis Acheuhi, iudei mercatoris, viri sui, nunc a terra Maioricarum absentis filiique Izachi Acheuhi, iudei quondam, et Ahanini, mater dicti Rafaelis, in presentia mei, notarii infrascripti et testium infrascriptorum, de quodam hospicio quod dicti Rafael et eius uxor habent et possident in callo iudeorum Maioricarum, in vico dicto de Sancta Fe, prope portale dicti calli quod exit satis prope monasterium Sancte Clare, quod tenetur sub directo dominio et alodio dicti Luqueti Ebrini, ad faticham decem dierum et ad sextum de laudimio et ad censum sexdecim solidorum quolibet anno eidem Luqueto solvendorum, in festo Sancti Andree apostoli.

Et affrontat, ex una parte, in vico qui dicebatur de Sancta Fe, et ex alia parte, in quodam carrerono quod est inter clausura dicti calli et dictum hospitium, et ex alia parte cum hospicio Magaluf ben Farrohat, et ex alia parte, cum hospicio Maymoni Xulell.

Quodquidem hospicium, dicta Zaaron vendidit Izacho Deuslosal Rimos, iudeo, presenti pro pretio quingentarum quinquaginta librarum incameratarum regalium Maioricarum minutorum, ut de procuracione et mandato eiusdem constat, per instrumentum factum Maioricis, quinta die mensis iunii anno a Nativitate Domini MCCCLXXXVII, in quo habet plenum posse et mandatum speciale omnia bona sua vendendi et specialiter et signanter hospitium infrascriptum, cum suis iuribus et pertinentiis, committens mihi plenam potestatem cum libera et generale administratione et quod instrumentum fuit clausum per discretum Petrum de Tordera, notarium publicum Maioricarum [...]

Testes: Magaluf Zambell, Magaluf ben Farroha et Abram Cohen, iudei Maioricarum.

ACM, Prot. 14763, s. f.

5

Carnicería de los judíos
(1395, octubre, 15)

Noverint universi quod ego Galcerandus Lupeti, procurator regius in Maioricis, me recepisse, ab illustrissimo domino rege, quandam patentem litteram huius tenoris:

Lo Rey.

Procurador, a Nós és estat suplicat per part d'en Simon Johan, carnicer de Mallorques que li stablissen dues taules de carnisseria, en les quals se talassen les carns necessàries als jueus qui habiten e d'essí habiteran en la Ciutat de Mallorques, profarint donar a Nós, per raó de les dites taules de carnisseria, dos morabatins de cens quescun any.

E que, ultra lo dit cens, lo dit Simon e sos succehidors fossen tenguts pagar a Nós, en nom nostre, per quescuna bestia grossa quatre dinés, e per quescun moltó que.s matàs en la dita carnisseria dos dinés, e per quescuna ovella o anyell, cabra o cabrit un diner, per lo dret de nostro taulatge de la carnisseria dels dits jueus, axí emperò que lo dit carnisser hagués, de la carn rabinada que tallaria en lo dit loch dos dinés, per liura de carn, més que la dita carn no.s talla en les taules de carnisseria dels cristians.

E més avant, que algun jueu no gosàs matar carn en amagat, sots pena de X ll, de les quals Nós haguessem lo ters e l'altre ters la obra del mur e l'altre lo denunciador, affermant los dits drets eren axí acostumats de pagar abans que lo call de Malorques fos stat destruit.

On, com Nós no ignoram les dites coses, e vullam que vós, certificat a ple del dit fet, fassats lo dit stabliment, segons que atrobarets esser pus profitós a Nós e a nostre patrimoni, per ço us manam que, hauda per vos informació de les dites coses, salvant a Nós lo nostre dret del taulatge acostumat, lo qual dret vostros predecessós en lo dit offici, abans de la destrucció del dit call de Mallorques acostumaveu arrendar cascun any, e vós après que el dit call és stat destruit havets arrendat al dit Simon Johan, a certs anys, fassats stabliment de les dites dues taules de carnisseria al dit Simon Johan, edificadores per aquell, en aquell loch o lochs de la ciutat on a vós parrà esser pus sufficient e profitós, com Nós, en e sobra les dites coses, comanam a vós, ab la present, plenerament nostres veus.

Dada en Barchinona, sots nostre segell secret, a XXV dies d'abril de l'any MCCC noranta sinch. Lo Rey

(A continuació dicho procurador verifica la concessión, según los términos literales señalados por el rey, pero en latín).

ARM, ECR 404, ff. 294v- 295.

6

Farmacia judía en el “mercat del gall”
(1318, enero, 26)

In Dei nomine. Sit omnibus manifestum quod nos Abraham Vitalis et Iucef Vitalis, fratres iudei Maioricarum, gratis et bono animo facimus inter nos societatem fideliter tenendam et duraturam hinc ad unum annum proximum, in qua quidem societate posuimus dimidium pro dimidio centum triginta libras monete et cum ipsis nos intromettere et eas protractare fideliter et legaliter in operatorio apothecarie quod tenemus intus civitatem Maioricarum, iuxta Gallum, et quod operatorium infra dictum tempus ego dictus Iucef procurare et regere promitto pro maiori parte et etiam cum dicta pecunia quantitate et de ea faciamus mutua et presentia et hoc unus nostrum in absentia alterius [...]

In fine vero dicti terminus, pro deductis nobis dimidium pro dimidio dictis CXXX libris in missionibus et lucrum quod ibi factum fuerit, dimidiatur inter nos in hunc modum videlicet, quod ego dictus Iucef, qui plus circa predicta laboravero et laborare debeo, habeam inde primitus duodecim denarios pro unaquaque libra mei capitalis, de aventagio, et totum superfluum lucrum sit et dimidiatur inter nos dimidium pro dimidio fideliter et legaliter Promittimus et obligamus tantum ad dictum dimidium pro dimidio inter nos.

Testes: Petrus Oliverii, Bartolomei Castelli et Iohanns Stephani.

ACM, 14540, f. 217 v.

7

Tutoría en la familia Fatzuat
(1387, abril, 15)

Noverint universi quod coram nobis Petro Masarach, vicesgerente venerabilis Andree Rossinyoli, baiuli Maioricarum, venit et comparuit Ioannes Rogerii, draperius et civis Maioricarum, dicens quod Abraffim Fatzuati, iudeus Maioricarum, dudum fuit viam universe carnis ingressus, relictis quibusdam filiis suis impuberibus ab intestato sibi succedentibus, nullo, quod sciatur, condito testamento, nec proviso eisdem filiis de aliquo tutore, verum tamen ipse Iohannes in quadam questione quae ducebatur inter eum et dictum defunctum dum vivebat velit procedere, quod nequit fieri defectu tutoris ipsorum heredum, qui pro ipsis partem faceret cum eodem.

Ideo supplicavit nobis, in scriptis, ut dictis pupillis heredibus, de aliquo idoneo responsore, ex meo officio, providere dignaremur.

Quocirca nos, vicesgerens baiuli memoratus, admissa dicta supplicatione, velut iuri consona cum iuste postulantibus in eorum iustitia deficere negamus, constituto nobis prefatum Abraffim Fatzuati mortuum fuisse ab intestato nullo eius tutore relicto, causa cognita, decrevimus Mariam, uxorem ipsius defuncti et matrem Magaluffi, Azaron, Dulcie, Rafaelis et Rabece, pupillorum filiorum et heredum ab intestato

ipsius quondam Abraffim Fatzuati, annis XXX maiorem, haec verbo postulantem supplicavit simul cum Samuele eius filio adulto et coheres dictorum pupillorum, et Aron Fatzuati, patruus ipsorum heredum, ad tutelam eorundem pupillorum filiorum suorum admittendam, tanquam aliis legitimis tutoribus preferendam et secundum legem ipsam iamdictis pupillis, dedimus et assignavimus.

Quaequidem Mariam, suscipiens in se onus dicte tutele, promissit et iuravit ad X precepta legis quae Deus dedit Moysi in Monte Sinay, suis manibus tacta, circa dictam tutelam et eius administrationem fideliter se habere et dictos pupillos et eorum bona defendere et custodire et bona ipsa salva facere utilia agendo et inutilia evitando inventariumque de ipsis bonis facere et tempore racionii comptum iustum reddere et legale ac reliqua prestare omni exceptione remota et omnia alia adimplere [...]

Fideiussit pro ea dictus Aron Fatzuati, patruus dictorum heredum, qui presens promissit [...]

Quod est actum Maioricis, die lune XV aprilis, anno a Nativitate Domini MCCCVLXXX septimo.

Signum nostri Petri Masarach, locumtenentis venerabilis Andreae Rossinyolli, baiuli Maioricarum antedicti. [...]

Testes sunt: Antonis Rubei, Iohannes Martini et Petrus Frigola, scriptores christiani ac Strugus Durandi et Salomonus Batam, iudei.

ARM, AH. C-2595, ff. 27-27v.

8

Tutoría. Gastos de familia con niños (1368, febrero, 23)

Ego, Hanina, uxor Magaluff ben Maymo, iudei Maioricarum quondam, convenio et recognosco vobis Iacob ben Maymo, iudeo Maioricarum, tutori testamentario Maymoni, Issach et Moreyma, filiorum mihi et dicto quondam viro meo communium ac heredum dicti eorum patris, quod dedisti et solvisti mihi numerando quindecim libras regalium Maioricarum minutorum mihi nomine et pro dictis filiis meis qui habentur in posse meo, debitas et pertinentes pro eorum pro provisione comestus videlicet et potus per unum annum qui incepit fluere prima die mensis octobris anni proxime preteriti et finiet prima die octobris anni presentis, quam provisionem dictarum XV librarum modo primo mihi convenistis anno quolibet prestare.

Item dedisti et solvisti mihi, ex alia parte, IX libras et XIII solidos dicte monete, quas ego, in dicto iuramento ad vestri requisitionem per me prestito ad decem precepta legis, asserui bistraxisse et expendisse anno proxime lapso, ultra provisionem eiusdem, a me videlicet in salario medici, qui dictos filios meos curavit et medens fuit de infirmitatibus quas dicto anno proxime lapso passi fuerunt et in sucero, xirupis, gallinis et aliis rebus medicinalibus per me emptis et habitis pro infirmitatibus dictorum filiorum meorum.

Item dedisti mihi unam libram et quinque solidos pro socularibus per me emptis dictis filiis meis usque ad presentem.

Item dedisti mihi quindecim solidos, de quibus emi quinque cannas stupe, de quibus feci fieri interulas dictis filiis meis.

Item dedisti mihi quinquaginta solidos, qui mihi debebantur pro provisione Moreyme, a die videlicet qua Maymona, avia dicte Moreyme, obiit, et obiit in mense madii anni LXVI usque ad primam diem octobris eiusdem anni LXVI.

Item dedisti mihi XXXII solidos, de quibus emi duas cannas panni blanqueti ad opus vestium fiendorum dictis filiis meis.

Item pro cisa, averiis et cussis dictarum vestium, octo solidos, VI d.

Unde rerum etc. Facio vobis de dictis quantitibus bonum finem etc.

Testes: Abraham Mili, Falla filius magistri Manuelis quondam, et David d'Oscha, sartor.

ACM, Prot. 14632, f. 51.

9

Nodriza judía (1329, noviembre, 11)

Blanqueta, iudea, filia Ferrarii de Montepessulano, iudei quondam, asserens me esse maiorem XIII annis, confiteor et recognosco tibi Aster; uxori Issach Trasera, et tuis quod super omnibus quibuscumque et quibus mihi teneris vel fueris obligata et quae tibi petere posse rationem illius temporis per quos nutriendo steti in domo tua mihi integre satisfacisti voluntati mee.

Et ex converso, ego dicta Aster confiteor tibi dicte Blanquete quod super omnibus quod tibi petere possem usque in hanc diem, est mihi integre satisfactum per te vel per alium nomine tuo. Unde renuntiantes exceptioni satisfactionis adiuncte non habite et doli, facimus alter alteri ad invicem de omnibus quibuscumque quae ad invicem petere possent, bonum finem etc.

Testes: Petrus Sancti Petri, Iacobus Ses Alzines, Issach Vidal, iudeus.

ACM, Prot. 14556, s. f.

10

Contrato de criado (1299, septiembre, 25)

Iucef Zammeil, iudeus, filius Moxi Zammeil, iudei Maioricarum, affirmo et mitto me pro nuntio et servitore tecum Salomone Sussen, iudeo, hinc ad festum Paschae

iudeorum proxime venturum et etiam post totum festum Paschae, supra quod tempus promitto stare tecum et tibi servire et omnibus mandatis tuis licitis tamen et honestis obedire, nocte dieque, iuxta posse meum, et ero tibi bonus nuntius, fidelis, et attendere ubique mandatis tuis etc. non recedam nec affugiam per dictum tempus, quod si fecero possis me capi vel capi facere tua propria auctoritate et sine licentia curie et sagionis et in posse tuo reducere et in carcere tenere donec restituam tibi tempus distractum etc. et omnes missiones etc.

Tu tenearis dare mihi pro solidata dicti temporis XX solidos regni Maioricarum, etc. Ac tenearis providere me in cibo et potu et calceatu soculorum vel spardenyarum et si in dicto tempore aegrotare tenear, etc.

Et sic promitto etc., obligo, etc.

Ad haec ego Salomon Sussen, iudeus, laudans etc., promitto etc., obligo etc.

Testes: Romeus Garalor et Mateus Salvani.

ARM, ECR 355, f. 141v.

11

Finiquito de una sirvienta judía

(1372, julio, 4)

Ego Rahel, iudea, de genere tartarorum, modo vero libera et alforra confiteor et recognosco vobis Mosse Faquim, iudeo Maioricarum, presenti, quod dedistis et satisfacistis mihi bene et plenarie mee voluntati, tam super omni eo in quo mihi teneremini, ratione solidate persone mee, illorum totorum trium annorum, per quos vobiscum permansi pro mancipia, quam super etiam tribus libris quas vos a me tenebatis in comanda. Unde rerum (...).

Testes inde sunt: Vincentius Riera, scriptor, et Aron Comellet, iudeus.

ACM, Prot. 14638, s. f.

12

Cuenta de una modista

(1345, noviembre, 13)

Ego Aster, iudea, operaria cirici, uxor Abraham Samuelis, iudei, lautonerii, habitatoris civitatis Maioricarum, confiteor et in veritate recognosco vobis Iohanni de Portello, mercatori civitatis Maioricarum, tutori Anthonii de Portello, filii et heredis Iacobi de Portello, mercatoris, civis Maioricarum fratris vestri, et domine Caterine, coniugum defunctorum, quod vi et districtu curiae venerabilis vicarii civitatis Maioricarum, dedistis et solvistis mihi, numerando, septem libras regalium Maioricarum mi-

nutorum, in quibus mihi tenebamini pro operis ciriceis quas, dum dicta domina vivebat feci, mandato eiusdem, in quadam camisa quam ipsa domina faciebat fieri et operari ad opus cuiusdam filie sue, pro tunc domicella, et pro operis etiam ciriceis quos feci in sex coopertis auricularium dicte domine Caterine, tempore vite sue, quasquidem camisi- am et coopertas adhuc penes me habebam et illas vobis reddidi et restitui et tornavi.

Quare renuntians excepcioni pecunie non numerate, non habite et non recepte, et doli, facio vobis predicto nomine bonum finem de predictis (...).

Actum est hoc ut supra.

Testes: discretus G. Riera, presbiter; P. de Arbucies, mercator cives Maiorica- rum, et B. Bosch, curritor de Sineu.

ACM, Prot. 14691, s. f.

13

Enseñante judío en Mallorca (1371, julio, 30)

Ego Vitalis Samuelis, iudeus, oriundus loci de Montealbo, termini Urgelli, gra- tis etc. convenio et promitto, per firmam et sollempnem stipulationem etc. vobis, Ma- galuf ben Abbe, iudeo Maioricarum, presenti, quod ego a XX die mensis septembris proximo venturo, in antea continue computando, docebo bene et diligenter litteras ebraicas Juceff et Maymo, filii vestris, prout eis, iidem filii vestri, melius addiscere poterint, et durante ipso tempore, horis debitis et assuetis, tam de die quam de nocte, ipsis duabus filii vestris, una cum sex aliis infantibus, de quibus vos et ego iam con- venimus, maldabo et legam diligenter et curose, prout magister infantium iudeorum maldare et legere infantibus consueverunt, quos duo filios vestros, una cum dictis aliis sex, conventionem inter me et vos inhita, possim et debeo ipsas litteras docere in domo vestra propria quam diligenter et curose potero, vos vero, prout inter me et vos conventum extitit, teneamini dare mihi, infra dictum unum annum, habitatio- nem congruentem in vestro hospicio necnon lectum, superlectilia sufficientem iuxta ei status qualitatem et quindecim libras, ultra totum hoc de quibus vos pro provisione mea, quamdiu eam semper voluero in vestro hospicio, possitis vobis retinere duo- decim libras et residuas tres libras teneamini mihi dare, in casu vero quo ego alibi quam in domo vestra ipsam provisionem recipere et habere vellem, vel in casu quod uxor mea (...) et in alterum casum teneamini dare mihi viginti solidos ratione ipsius provisionis quodlibet mensem pro tempore quod restaverit ad complementum dicti unius anni et dictas tres libras, sic quod vos occasione promissorum dare teneamini nisi quam dictas XV libras et habitatione in domo vestra per modum predictum.

Et haec predicta per modum predictum et sub conditionibus antedictis promitto servare etc., sub pena quinquaginta librarum etc. a parti etc. de qua pena, si com- missa fuerit habeat fiscus domini regis medietatem etc. et altera medietas vobis ad-

quiratur. Quae pena toties committatur etc. Qua etiam pena soluta seu non soluta etc. Obligo etc. Et notario infrascripto etc.

Ad haec ego Magaluf Benabbe promitto etc. omnia et singula supradicta attendere etc. Obligo etc.

Et nihilominus ego dictus Magaluf Benabbu et Issach Daviu scientes quod in numero dictorum sex infantium est quidam filius mei dicti Issach Daviu pro quo vestrum salarium vobis solvero promitto, sciens quod salarium quod habere debetis ex aliis quinque remanentibus infantibus ascendit ad decem et septem libras et mediam, et cum vos, Vitalis Samuelis, hesitaveritis eas posse habere, ideo nos volumus huiusmodi hesitationis materiam tollere, promittimus vobis quod, finito dicto anno, nisi vos dictas decem et septem libras et mediam infra tempus ipsius unius anni habueritis, tamen vos infra dictum tempus diligenter ipsam quantitatem competentem ab illis qui eas solvere debent, vos eam vel id quod ex eo restaverit, vobis de meo proprio solvemus vobis, tamen nobis facientem cessionem contra illos qui eam solvere debent.

Testes: Moxinus ben Haniri, Biona del Mestre, Salomonus Xulell et Vincentius Riera.

ACM, Prot. 14639, ff. 81-82.

14

Maestro judío en Alcudia (S. XIV)

Elies Jucef, iudeus Maioricarum, promitto et convenio sollempni stipulatione tibi, Iucef Perfet, coniudeo meo, conmoranti apud Alcudiam, quod, hinc ad unum annum proximi continue, docebo litteram ebraicam filios tuos et consuetum alium quem tu volueris, in dicto loco de Alcudia fideliter et legaliter. Et si facere me obligo etc. Haec immo etc.

Tu vero dones mihi, per dictum tempus, comestionem et potum et pro labore meo et mercede quatuor libras monete etc. videlicet ad voluntatem meam viginti solidos et deinde de tribus in tribus menses alios viginti solidos et in finem dicti temporis totum residuum.

Et si infra dictum tempus lusero ad aliquem ludum sine voluntate vestra non tenearis mihi in aliquo in dictis LXXX solidos nec in aliquo, ratione predicta.

Et ego in omni casu tenearis tibi complere omnia supradicta et docere ad scribendum dictos filios tuos et te coniuvarere tempore vindemiarum et post anno dicte vindemie durabunt ad vindemiandum et ad faciendum mustum, quod tu feceris ex vindemia quam cureris.

Testes: Guillermus Sabaterii, Berenguer Meciani et Felicius de Gradu.

ACM, Prot. 14541 f. 63v.

15

Otro maestro judío de Mallorca
(1371, julio, 17)

Ego Iacob Luqhal, iudeus Maioricarum, magister scholarum, gratis etc. Pro-mitto et convenio vobis Hacon Beniadde, iudeo, et vestris, presenti, per firmam et sollempnem stipulationem quod, a festo Sancti Michaelis proxime venturo ad unum annum ex tunc inmediate sequentem et infra ipsum unum annum, docebo Iahuda, filium vestrum, litteras et scientiam hebraycas et maldabo in domo vestra, de die et de nocte, horis licitis et consuetis, sedule omni dolo et fraude cessantibus, prout dictum filium vestrum melius addiscere poterit et dum dictum vestrum filium docebo per unum annum non debeam aliud facere quam docere ipsum filium vestrum cum omni illa diligentia quam possim, omnibus aliis negotiis postpositis, ita tamen et sub hac conditione, quod vos pro laboribus et salario meis pro dicto anno mihi detis et dare debetis et teneamini sex libras regalium Maioricarum minorum et postquam ego infra dictum unum annum possim docere novem infantes ultra dictum filium vestrum, sic quod sint numero decem dumtaxat quibus in domo vestra infantes quos unum annum maldare possim et eis docere litteras de die et nocte, horis licitis et solitis.

Et quidque pro laboribus meis habere potero a dictis novem infantibus vel ab aliis pro ipsis solventibus sit meus et in eo vos nihil habeatis nec vos quidque aliud mihi dare debeatis nisi dictas sex libras, sub dicta conditione.

El haec predicta omnia et singula promitto vobis attendere, servare et complere et in nullo contravenire per me vel per interpositam personam aliquam, sub pena XXV librarum regalium Maioricarum minorum fisco regis applicandarum et sub pena [...].

Ad haec, ego, dictus Acon Beniadde, laudans et concedens predicta, promitto vobis, dicto Iacobo, dare et solvere dictas sex libras, pro dictis laboribus et salario vestris, etc.

Testes: Mahir de Monte Albo et Issach Naffussí, iudei Maioricarum.

ACM, Prot. 14635 f. 18.

16

Aviso
(1377, julio, 23)

Senyer en Jacme: Yo, per ço que vós me haviets dit ho parlat ab lo senyer en Samuel Natiar de les L lliures que.m haviets dit que deu prestar reebut lo forment, ço és les LX quarteres que li davets liurar. E trop que es volenterós de fer-ho. E fere.u de present, sinó per tal com diu que no.s vol enfraschar de moltes cozes, per què dats compliment del forment a.n Sadia Bubu qui va aquí per ell e podets fer compte de les L lliures.

Ha.m dit que li havets promès dar-li.n C quarteres ultra les LX quarteres per aquell fet matex. Per assò axí mateix va aquí en Sadia qui u reebrà per ell. Fets per guisa que haia recapte, car yo us faré prestar les L lliures e per ventura més.

Scrita a XXIII de juliol, any MCCCCLXX set.

Yo us ho agés dit sinò que trobí que us ne erau anat e cerquí-us molt, desijant que haiats recapte, lo qual haureu si us voleu. Feu que.n Sadia, me.n scriva de mà sua com li havets dat lo blat, per tal que pus tost haiats recapte.

Fets lo sobrescrit de mà vostra en la letre que.l dit Sadia me farà.

Jordi Nadal, notari, aparellat a vostre servey.

AMPo, Num. 578, Suelto.

17

Billete de un judío a un notario (Siglo XIV)

Al honrat lo senyor en G. Aulí, notari de Mallorca, Abrafín Bolaix, jueu, hom e sotmès vostre, saluts ab tota honor.

Sàpia, senyor, la vostra discreció que a vós és feta comissió de fer execució de I citi (?), lo qual lo senyor en Guillem Pere m'a assignat en poder del batle major del senyor bisbe, axí com en la letra e an la subastació a vós feta e remesa veurets esser contengut.

Per vós, senyor, soplech a la vostra discreció e bonesa que vullats prosseyr en les ditas coses que iustícia sia dada a quascú.

Pregant vos, senyor, si us plaurà, que donets a.n Bolaix, fill meu, portador de la present, aquels LXX ss., los quals ma davets e eyl, senyor, restituir vos ha lo albarà que vós ma fes.

Coman-me en gràcia de vós e de madona.

Fet a XVII de vuytubri.

AMPo, Llibre de la cúria del batle del bisbe de Mallorca, s. f.

18

Vino mercado en Pollensa (1336, enero, 24)

Concessit Iacobus de Cap de Bou, parrochie Alcudie, in posse curie, habuisse quindecim libras et mediam regalium Maioricarum minorum ab Abraham Bolaix, judeo habitatore ville Pollencie, ex illis XXXIII libras pro quibus ab ipse emerunt et receperunt quandam quantitatem vini, ipse et Mosse Rapapa, gener eius, et fecit

inde sibi bonum finem perpetuum et plenam remissionem et absolutionem et pactum de non petendo [...] salvis sibi inde decem et octo libras et mediam quae ab ipsis sibi remanent ad solvendum.

AMPo, Liber communis curie, núm. 22, s. f.

19

Cofradía de los muertos (1257, marzo, 5)

Mariam, uxor quondam Maimonis, iudei de Tortosa, et Bonetus d'Aquila, quisque in solidum, debemus vobis Bonisech d'Aichs, David Mocatili et Bonisach de Marsilia, ratione eleemosine mortuorum iudeorum, X libras regalium Valentiae solvere ad V annos et si aliquid lucrum erit ibi, damus iudeis pauperibus, quibus dare debemus proprio dono (...) tanquam confratribus nostris et illis quibus tenemus tanquam, pauperibus iudeis.

Hanc donationem volumus fieri donatione facta inter vivos propria [...] Testes: Arbert Fort, G. Soffir, Jucef Abennono, Gento Satorii.

ARM, ECR 344, f. 314.

20

Ayuda para los cautivos de la guerra de Granada (1379, noviembre, 17)

Nos Alafftach Cohen, Iucef Benmaymo Alatzar, magister Aron Abdelhach et Magaluff Benabú, iudei, secretarii anno presenti Aljame iudeorum Maioricarum, gratis et in solutum et satisfactionem illarum centum viginti librarum, quas vos Moxinus Benhanin, tanquam levator eleemosinarum solvisti de pecunia redemptionis illorum iudeorum qui capti sunt in loco de Granada. Quaeque centum viginti librae dudum fuerunt congregatae et erant de quadam eleemosina quae in dicta aljama fuit ordinata pro redemptione dictorum captivorum et secretarii tunc dicte aljame illas receperunt et in negotiis dictae aljame comitterunt et miserunt, sic que nos, tanquam secretarii antedicti, eramus debitores predictae eleemosine in dictis CXX libris, pro redemptione dictorum captivorum.

Damus et cedimus vobis et vestris omnia iura, nobis et dictae aljame etc. competentes etc. adversus Geraldum Tarragona et eius bona pro rata usque ad concurrentem quantitatem dictarum CXX librarum ex illis pecunie quantitibus quas ipse nobis et dicte aljame debet ratione preciorum et cisiarum quas a nobis emit.

Testes: discretus Bernardus Caponi et Bernardus Muntanerii presbiter, Guilelmus Muleti, scriptor.

Post haec, die mercurii intitulata XIII die martii, anno a Nativitate Domini MCCCLXXX primo, comparuit dictus Moxinus Benhanin et confessus fuit habuisse et recepisse a dicto Geraldo Tarragona omnes dictas centum viginti libras.

ACM, 14648, s. f.

21

Cofradía judía local
(1383, Noviembre, 16)

Ego Lahuja ben Iacob Sussen, iudeus Maioricarum, gratis loco et titulo locationis concedo vobis Mosse Barbaroge, Haym Sallem et Barahon Jaffiya, iudeis Maioricarum Gabbayim de la Byaora, caps confratriae, quandam domum quae est in hospitio meo, in qua est consuetum per vos et alios dictae confratriae tenere dictam confratriam.

Et hac locatione dicte domus, vobis, nomine dictae confratriae, facio ad quinque annos proxime sequentes, pro loguerio seu possessionem quinquaginta solidos regalium Maioricarum minutorum, ad rationem decem solidos pro quolibet anno, quos mihi teneamini solvere in finem cuiuslibet anni decem solidos. Quarum rerum [...]

Ad haec, nos prenominati Mosse Barbaroge, Haym Sallem et Barahon Jahiha, laudantes predicta promittimus solvere dictum logamentum.

Testes: Bonjuha Bon Fill et Vitalis Scaleta.

ACM, Prot. 14730, s. f.

22

Cofradía de Cabbarim
(1386, junio, 31)

Nos, Abraham Daviu, Struch ben Daviu et Sussen Senyoret, iudei Maioricarum, rectores et colectores confratrie de Cabbarim, confitemur et in veritate recognoscimus vobis, magistro Aron Abdalhac, presenti, et Salamono de Sual, absenti, tutoribus Scer, filii et heredis Vivo Abdalhac, iudei Maioricarum, quondam, quod dedisti et solvisti nobis quinquaginta solidos regalium Maioricarum minutorum, quos dictus Vivo in suo ultimo testamento legavit predictae confratrie [...].

Testes: Moxinus ben, Magaluf Natiar et Sayt Mili.

ACM, Prot. 14735, ff. 16v-17.

23

Testamento de Hambroix Habir
(1333, septiembre, 29)

Ego Hambroix Habir, iudeus Maioricarum, aegrus corpore sed mente sanus et sobrius, meum facium testamentum, in quo recognosco et relinquo Mune, uxori meae, totam suam dotem et sponsalitiu[m], prout in suo instrumento dotalicio continetur, pro qua quidem dote et sponsalitiu[m] suo, in solutum eorum, relinquo ei hospitium quod habeo intus callum iudaicum Maioricarum, quo inhabito, et omnes pannos et apparatus camere mee, ad omnes voluntates suas faciendas.

Item dedico, Astrugue, filie meae, uxori quondam Dahuet ben Nahum, iure institutionis, V solidos monete regalium Maioricarum minutorum cum eo quod ei dedi, et a me, in bonis meis habuit.

Item, in omnibus aliis bonis et iuribus, mihi ubique competentibus et debentibus, instituo mihi heredes Hayon et Barahon et Aster et Hanini et Zaharon, filios et filias meas et eis invicem substituo.

Item omnia alia testamenta et omnes alias ultimas voluntates olim tamen factas et scriptas, manu cuiuslibet personae, revoco, irrito et infringo, et hoc assero esse meum velle et meam ultimam voluntatem, quam laudo et concedo [...]

Actum est hoc Maioricis, III calendas octobris, anno Domini MCCCXXXIII.

Testes rogati: Bonanatus de Pretis, Nicholaus Costa, fabri, Vitalis Cresques, Galifa Correief, Moxi Faquim et Iacob Perfayt.

ACM, Prot. 14551, f. 141v.

24

Testamento de Zoaira, esposa de Iucef Faquim
(1383, marzo, 20)

In Dei nomine. Ego Zohayre, uxor Iucefi Faquim, iudei Maioricarum, sana mente tamen corpore languens, in meo pleno sensu et memoria integra existens, volens de bonis meis disponere ante adventum mortis, hunc meum facio ultimum testamentum, in quo eligo manumisso[m] meum et huius mei testamenti exequutore[m] dictum Iucefum Faquim, virum meum, cui confero plenariam potestatem quod si me mori contingerit antequam aliud faciam testamentum, quod accipiat bona mea omnia eaque vendat et distribuatur ac compleat ea quae in hoc meo testamento invenerit ordinatum et descriptum.

Et primitus et ante omnia lego et dari volo, amore Dei, XXX libras regalium Maioricarum minutorum, distribuendas et erogandas locis et pauperibus quos dictus vir meus duxerit eligendos et pro tempore vir meus duxerit fore distribuendum ac faciendum.

Ulterius lego uxori Haron Beniadda viginti libras.

Item lego Samueli Faquim, filio Mosse Faquim, et uxori sue decem libras dicte monete, quae inter ipsos distribuuntur ac dividantur.

Item lego Strugone, filie Abraham Faquim, nunc uxori Rafaelis Malequí, quinque libras.

Item lego Moreymi, filie d'en Amor Atzan quondam, amore Dei, quinque libras.

Item lego Strugone, uxori quondam Salomoni Malequi, iudei, quae tamen vocatur Cardona, quinque libras.

Item lego Guayet, nuntio hospitii mei et dicti viri mei, quinque libras.

Item lego inter omnes filios et filias Mosse ben Gallell, iudei, nunc existens in loco de Murcia, viginti libras, quae tamen dividantur inter eos equis partibus.

Item lego Blantux, filie Bondon Caracosa, in adiutorium maritandi eandem quinque libras.

Item lego Barahon, filio Maymoni Xulell quondam, quinque libras.

Quaequidem legata predicta tamen nolo dari, nec solvi personis supradictis quousque annus mei luctus ex toto sit completus et finitus. Quaeque legata dicto termino elapso solvi habeantur per dictum virum meum et non per alium, dum vixerit, et post eius mortem, per manumissores eiusdem, dicto tamen anno luctus elapso et non antea.

Item lego Annete, filie mee, uxori Samuelis Natjar, omnes vestes meas quae nunc habeo, cuiuscumque conditionis seu valoris existant, demptis et separatis tamen vestibus logubribus seu de dol, quas ego nunc habeo, quae tamen vestes de dol, quas ego nunc habeo, volo dari per dictum virum meum, amore Dei, illis locis et personis quibus ipse vir meus duxerit fore dandas et distribuendas, absque contradictione aliqua sive impedimento.

Ulterius lego dicto viro meo usumfructum et habitationem ac iurium prescriptorum illius tertie partis hospitii mei, in quo ego et dictus vir meus habitamus, quodque hospitium mihi pervenit de bonis Maymoni Xulelli, fratris mei quondam, ita quod ipse vir meus dum vixerit habeat, teneat et possideat dictam tertiam partem hospitii mei predicti, et nullatenus possit ipsi auferri, tolli nec levare, quavis causa, titulo seu ratione dum vixerit aut venditionem, ad tempus vel ad in perpetuum fiendam, quique pro omnibus aliis volo dictam partem hospitii predicti possideri per dictum Iucefum Faquim, virum meum, et ab eodem ipso vivente nunquam possit abstrahi, hoc tamen expresse reservato et retento quod si heredes mei infrascripti in dicta tertia parte hospitii predicti simul et cum dicto viro meo habitare voluissent et non separati, sit eis licitum in eadem tertia parte habitare cum dicto viro meo et non separati et convenio etiam quod dicti heredes mei non possint conducere vel locari dictam tertiam partem hospitii predicti alicui persone modo aliquo, dicto viro meo vivente.

Solutis vero omnibus supradictis et iniuriis meis plenarie restitutis in omnibus aliis bonis et iuribus meis cuiusque sint vel fuerint, instituo nunc heredes meos universales Annetam, filiam meam, uxorem Samuelis Natjar et Dulciam neptem meam, filiam Issachi Faquim, filii mei quondam, quae tamen Dulcia est nunc uxor d'en Sayt Milli, aequis partibus inter eas fiendis, veruntamen si aliqua ipsarum Annetam et Dul-

cia obierint quandocumque sine liberis legitimis ex legitimo matrimonio protractis, substituo ipsis ac morienti alteram supraviventem et liberos eiusdem et mihi ipsam sic viventem et liberos suos mihi heredes instituo, attamen si ambe dictarum Annete et Dulcie sine liberis ex matrimonio protractis obierint, volo et mando quod bona mea omnia, quaecumque sint vel fuerint, legato tamen facto viro meo remanente in sua firmitate et valore, vendatur illud quod ex ipsis bonis et detur et consignetur in puellis maritandis et pauperibus calli iudeorum induendis, arbitrio et notitia trium maiorum sapientium iudeorum qui tunc reperiantur in callo Maioricarum et quod ipsi duxerint ordinandum fore et sine contradictione cuiusque.

Est tamen certum quod Struch Duran, iudeus, fuit interpretator et mediator verborum apositorum in dicto testamento, eo quod dicta Zoayre clare nesciebat loqui lingua romana sive en pla. Predictum testamentum fuit traditum in sui forum Dulcie, uxori Sayt Milli, die martis XX ianuarii anni MCCCLXXXIII, presentibus (...).

Preterea sciens quoddam testamentum fecisse diu et in posse notarii subscripti, ipsum et quaecumque alia testamenta et alias ultimas voluntates usque nunc per me factas et factae revoco et anullo ac pro non facta haberi volo, quo presens testamentum pre omnibus aliis testamentis et ultimis voluntatibus per me factis usquequaque prevalere volo et tenere non obstantibus quibuscumque verbis derogatoriis aut aliis qui in dictis primis testamentibus seu ultimis voluntatibus per me antea factis, appositis sint seu contente a quibus hoc testamento aliquo derogari posset vel prejudicari.

Haec est autem mea ultima voluntas, quam laudo et firmo et quam valere volo iure testamenti et si iure testamenti non valet saltem valeat et tenere possit iure codicillorum vel quocumque alio iure quo melius valere et tenere possit.

Testes vocati et rogati inde sunt: Abraffim ben Sayt, Marzoch ben Amorós, Moxí Comprat, Bolaix ben Abbo, Struch Duran, Iacob Derassan, Abraffim Luquall et Abraffim Barbut.

ACM, Prot. 14688, s. f.

25

*Acta de procura de Zaharon Natjar
(1386, diciembre, 3. Jerusalén)*

[...] En presència nostra, nós los testimonis deval signats, comparech la dona Zaharon, filla de Mossé Natiar, e dix a nós, siats testimonis e reebets de mí ferma pura, de present scrivits e signats, ab tot lenguatge profitós, per so com de grat e de certa sciència, sens nenguna forsa, car ab bon cor e ab bon voler e ab entenció ordonada, revoch la procura que fiu en la Ciutat de Mallorques, en poder del notari en Jordi Nadal, revocació pura e que velgua com una cosa que sia trenchada, que no ha en ella nanguna substància, car no vull que se.n fassa nanguna cosa per vigor de la dita procura, cor jo la he revocada, revocació pura, de grat e de certa scièn-

cia, i havem presa ferma de la dona Zaharon, demunt dita, sobre totes les coses que són scrites e declarades demunt ab les coses pertanyents de fermar; renunciant en protest que haja protestat sens naguna suffirensa, ni original de cartes, del dia present e enpertots temps, en lo mes de Tamus, lo qual és lo mes de juny, del any sinch milia e sent e quoranta sis al creament del món al compte per nós fet en la Ciutat de Iehrusalem.

E havem scrit e signat a prova e a declaració e totes les coses demunt dites fermes e pures, Samuel, fill de Abraam, Eli, fill d'en Sadia.

En presència mia han testificat los dos signants en aquesta carta, car yo conech lo lur signa. Yo Abraham Issach.

En presència mia atorga la dita Zaharon totes les coses demunt dites. Yo Benjamin, fill d'en Rau Iosuhé.

Yo conech tots los testimonis los quals són signats en la carta present. Sadia, fill d'en Jaffuda Farro.

E yo conech lo signa d'en Biniamin e lo signa d'en Samuel Abraham e lo signa d'en Eli, fill d'en Sadia, los quals són signats en la carta present. Yo Issach Naffucí.

En presència nostra, nos los testimonis davayl signats comparech la dona Zaharon, filla d'en Mosse Natjar, e dix a nós, siats testimonis e reebets de mi ferma pura de present e scrivits e signats ab tot lenguatge profitós e liurats a mon frare Sadia e a ma germane Na Eva, fills de pare meu, lo dit Mossé Natjar, e que sia a ells a prova e a profit per so com yo vull, de grat e de certa sciència, sens nanguna forsa, ans ho fas bé, ab bon cor e ab bon voler e ab bona intenció, e ls constituesch a ells procuradors purs sobre les coses mies situades en la Ciutat de Mallorca, la qual Mallorca li bat la mar, a logar les dites cases axí com ells conexeran, axí poch preu com gran preu, e ls do plen poder de bastraure del dit loguer totes les coses que haia master per reparació del alberch, axí com serà conaxedor a ells, ni faedor, e vull que sia lur poder axí com lo meu, e la lur obra axí com la mia, e la lur forsa axí com la mia, e reebra lo lur axí com si yo lo hagués reebut.

E tot quan faran sobre les coses demunt dites sia fet e reebut per mí ab bella cara, axí a condempnar com absoldre e no haja negun poder, ni a mí, ni a altre per mí, a contrastar en la dita procura, en naguna guisa del món, ni puxa dir, ne alegar En Sadia ni N'Eva demunt dits, per endressar vos he constituits, mas no per dampnificar, car ab bon cor e ab bon voler, de grat e de certa sciència, los he constituits procuradors ab tot lur profit e combaliment de forsa.

E la tenor de la dita carta de procura ha tan gran tenor e tan gran forsa com totes les cartes de procures pures e fermes e ordonades en Iehrusalem, axí com han ordonat los nostros savis, sens naguna sofirensa ni original de cartes del die present e en per tots temps.

Renunciant en tot protest que haja protestat, ni protestarà d'aquí avant.

E havem presa ferma de la dita Zaharon, filla de Mossé Natjar demunt dit, a Sadia e sa germana Eva, fills d'en Mossé Natjar damunt dit, sobre totes les coses damunt scrites e declarades ab les coses pertanyents de ferma.

En lo mes de Tamuz, so és, en lo mes de juny del any sinch milia cent e quoranta sis al creament del món, al compta per nós fet en la Ciutat de Iehrusalem, havem scrit e havem signat a prova e a profit e totes les coses demunt dites fermes e pures.

Samuel, fill de Abraham, Eli, fill de Sadia.

En presència mia han testificat los dos signants en aquesta carta, car yo conech lo lur signa. Yo, Abraham Issach.

En presència mia atorga la dita Zaharon totes les coses demunt dites. Yo, Benjamin, fill del Rau Iosuhé.

Yo conech tots los testimonis, los quals són signats en la carta present. Sadia, fill d'en Jafuda Farro.

E yo conech lo signa d'en Benjamin e lo signa d'en Samuel Abraham e lo signa d'en Eli, fill d'en Sadia, los quals són signats en la carta present Yo, Issach Naffussí. [...].

*Quae fuerunt acta et in hanc publicam formam redacta iussu domini baiu-
li Maioricarum antedicti, qui huic authenticationi auctoritatem nostram iudiciale
prestamus et interponimus [...].*

ARM, AH. C-2595, ff. 40v- 42.

26

*Cresques Abraham, procurador de Hannini Natiar
(1347, enero, 15)*

*Ego Hannini, uxor Lahiha Natiar, iudei Maioricarum, nunc in carcere regio
detenta, expresse revocando primitus irritando, cassando, infringendo et annullando
mandatum instrumenti mandati procuratorii seu defensionis, per me ac nomine meo
factum ac commissum. Haron, filio Abraham ben Haron, iudei Maioricarum, et etiam
omnis alia et singula per eum, nomine meo actitata et processa, quovis modo, in
iudicio vel extra, tam in agendo vel defendendo quam aliud quodcumque instrumen-
tum fuit factum in posse Petri Massoni, notarii Maioricarum, pridie idus ianuarii
anno infrascripto, gratis et ex certa scientia, constituo procuratorem et defensorem
meum, certum et speciales, te, Cresques, filium Abraham Vidal, generum meum, pre-
sentem et recipientem ad petendum, exigendum et recipiendum, per me et nomine
meo, omnia debita ac quascumque pecunie quantitates caeteraque iura, bona et res
quas mihi debeantur vel a me detinentur per quascumque personas, cum cartis vel
sine cartis, casis, rationibus et titulis quibuscumque.*

*Item ad defendendum pro me bona mea in quibuscumque curiis et coram qui-
busvis iudicibus ordinariis, delegatis vel subdelegatis, dans et concedens tibi, dicto
procuratori meo, super predictis plenum posse et mandatum agendi, petendi, propo-
nendi et respondendi, querelas exponendi, libellos et petitiones dandi et offerendi,
lites contestandi [...]*

Et ratum et firmum semper habere et nullatenus revocabor quodcumque super predictis, per vos seu substituendos a vobis, actum extiterit, gestum seu procuratum, sub bonorum meorum omnium ubicumque habitorum et habendorum [...]

Testes inde sunt: Iucef Aletzarach, Bondia d'Aychs, Bernardus Burgues et Petrus Moxoni, scriptor.

ARM, Prot. C-17, ff. 32- 32v.

27

Judios en tránsito a Constantinopla.

(1479, julio, 20)

Nos, Rabbi Abraham Bittes, Rabbi Aaron Bonet et Iucef Chilicon, iudei, pro nunc residentes in civitate Maioricarum, nomine nostro et uxorum et filiorum nostrorum ac ego dictus Iosef, nomine Jafuda Ardit, et uxor sue et filiorum confitemur debere vobis honorabili Mathie Riera, patroni navis, civi Maioricarum, centum triginta quinque ducatos venetos auri in quibus vobis tenemur seu solvere promittimus pro naulo personarum nostrarum et aliarum in summa XVIII mares et feminas, ad rationem septem ducatorum et medii pro quolibet ipsorum.

Quilibet nostrum in solidum promittimus dare et solvere vobis incontinenti cum iuncti et aplicati fuerimus cum bono salvamento in terra Constantinopoli, ubi Deo volente ire et navigare debemus [...].

Testes: Arnaldus Pont, dominus de tint, Salvator Caselles mercator, Lucianus Centurio, mercator ianuensis, et Sadia Oribi, iudei de Alger, pro nunc in Maioricis.

ARM, Prot. B-99, f. 113v.